




QUADERNO
Y RECOPILACION
DE LAS PRECES, ANTIPHONAS, PSALMOS, [illegible] QUE SE DICEN
EN ESTA SANTA METROPOLITANA
Y PATRIARCAL IGLESIA

DE SEVILLA

EN LAS ROGATIVAS,
ASI PRIVATAS, COMO SOLEMNES,
SEGUN REGLAS DEL RITUAL ROMANO,
y laudables costumbres, [illegible] dicha
Santa Patriarcal [illegible]

MANDADO REIMPRIMIR

POR EL ILUSTRISIMO, Y REVERENDISIMO
Señor Dean, y Cabildo de dicha Santa Iglesia
en este año de 17[illegible]

En Sevilla: En la Imprenta Mayor de la Ciudad, y de dicha
Santa Patriarcal Iglesia.



✠

QUADERNO,
Y RECOPILACION
DE LAS PRECES, ANTIPHONAS, PSALMOS, Y ORACIONES, QUE SE DICEN EN ESTA SANTA METROPOLITANA, Y PATRIARCAL IGLESIA


DE SEVILLA,

EN LAS ROGATIVAS, ASI PRIVATAS, COMO SOLEMNES, SEGUN REGLAS DEL RITUAL ROMANO, y laudables costumbres, y estilos de dicha Santa Patriarcal Iglesia,

MANDADO REIMPRIMIR

POR EL ILUSTRISIMO, Y REVERENDISIMO Señor Dean, y Cabildo de dicha Santa Iglesia en este año de 1779.

En Sevilla: En la Imprenta Mayor de la Ciudad, y de dicha Santa Patriarcal Iglesia.



ROGATIVAS EN EL ALTAR Mayor à el Santisimo Sacramento, despues de la Misa de Tercia.

EL Maestro de Ceremonias avisarà à el Sacristan Mayor, que hay Rogativa, acabada la Misa de Tercia en el Altar Mayor, para que se pre-



QUADERNO.

Y RECOPILACION

DE LAS PRECES, ANTIPHONAS, PSALMOS, Y ORACIONES, QUE SE DICEN EN ESTA SANTA METROPOLITANA, Y PATRIARCAL IGLESIA


DE SEVILLA,

EN LAS ROGATIVAS, ASI PRIVATAS, COMO SOLEMNES, SEGUN REGLAS DEL RITUAL ROMANO, y laudables costumbres, y estilos de dicha Santa Patriarcal Iglesia,

MANDADO REIMPRIMIR

POR EL ILUSTRISIMO, Y REVERENDISIMO Señor Dean, y Cabildo de dicha Santa Iglesia en este año de 1779.

En Sevilla: En la Imprenta Mayor de la Ciudad, y de dicha Santa Patriarcal Iglesia.



ROGATIVAS EN EL ALTAR Mayor à el Santisimo Sacramento, despues de la Misa de Tercia.

EL Maestro de Ceremonias avisarà à el Sacristan Mayor, que hay Rogativa, acabada la Misa de Tercia en el Altar Mayor, para que se pre-

prevenga lo necesario para ella, que es Capa pluvial, del color del dia, dos cirios para los segundos, quatro velas en el Altar (sino es dia doble, ò segunda clase, que estàn puestos cirios, y velas) quatro velas de à media para delante del Sagrario, la llave para abrirlo, y el librete para la Oracion: *Deus, qui nobis*, y este Quaderno de Preces.

Los Colegiales de las hachas, en saliendo à *Sanctus*, y los de Ciriales, se quedaràn de rodillas en las gradas hasta acabada la Rogativa, y el de tercero Incensario, lo tendrà prevenido para la Rogativa.

No se previene diferente terno, fron-

frontal, ni otra cosa alguna, porque asi los Ornamentos, como los Ministros del Altar, son los mismos que pide el Rito del dia.

El Campanero tendrà cuidado de no tocar à Sexta, hasta haber acabado el tañido de la Rogativa, que para esto le haràn señal con la campanilla, desde el Altar Mayor, los Sacristanes menores.

En el Coro tendrà cuidado el Encomendador de tener prevenido en cada uno de los dos Coros un librete de estos, ò papel que le darà el Maestro de Ceremonias, para que se cante à tono la Aña. ò Responsorio, y el Psalmo, y Preces de la Rogativa.

Los Seyses cuidaràn de subir à el Altar Mayor, dos para cantar el verso *Panem de Cœlo, &c.*

Todo prevenido, en diciendo en la Misa los *Agnus*, los Sacristanes menores empezaràn à sacar los cirios para los segundos, las dos velas para el Altar, quando es semidoble, y los quatro candeleros chicos, para delante del Sagrario; y en consumiendo, que se aparta el Señor Celebrante del medio del Altar, quitaràn las Tablas, y el Viso, y pondràn las quatro velas delante de la puertesita del Sagrario, y haràn señal à la Torre, para que empieze, y en acabando, para que dexe, y toque

à

à Sexta: y el Sacristan Mayor prevendrà la llavecita del Sagrario, y acabado el ultimo Evangelio de la Misa, pasarà el Señor Celebrante al lado de la Epistola, donde dexando Casulla, y Manipulo, recibirà Capa pluvial del color de los Ornamentos de la Misa: y buelto al medio de la peana, acompañado de los Señores Diaconos, *hinc inde* (que tambien habràn dexado los Manipulos) mientras en el Coro se dice à medio tono la Aña. ò Responsorio, estando todos de rodillas (en todo tiempo sin excepcion) con las debidas reverencias, abrirà el Sagrario el Señor Diacono, y sin sacar de èl à el

SSmo.

SSmo. SACRAMENTO, administrarà à el Señor Celebrante la naveta, y cuchara (*sinè osculis*) y buelta la naveta à el Ministro Turiferario, darà el Incensario à el Señor Celebrante en la misma forma; el qual incensarà de rodillas al SSmo. SACRAMENTO (*ut moris est*) y se prosigue la Rogativa, rezando con los Señores Diaconos Aña. y Psalmo, y estando en pie el Señor Celebrante, y Diaconos, canta las Oraciones, las quales acabadas, canta el Coro el verso *Tantum ergo*, è inciensa el Señor Celebrante segunda vez à el SSmo. Sacramento de rodillas, y dicho por los Seyses
el

el verso *Panem de Cœlo*, *&c.* puestos los Señores Celebrante, y Diaconos en pie, dice la Oracion: *Deus, qui nobis*, *&c.* diciendo antes *Oremus*, y la acabarà con medio final: *Qui vivis*, *& regnas in sæcula sæculorum*, y responderà el Coro: *Amen*; y mientras el Señor Diacono cerrarà el Sagrario, y hecha de todos genuflexion, se entraràn à desnudar.



SACRÆ PRECES, ET ORATIOnes, post Missarum solemnia, et alibi recitandæ, pro Electione Romani Pontificis.

℞. Suscitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui juxta cor meum, et animam meam faciet, et ædificabo ei domum fidelem.

P. Et ambulabit coram Christo meo cunctis diebus.

℣. Ut sedeat cum principibus, et solium gloriæ teneat.

P. Et ambulavit, &c.

Psalmus.

Deus, misereatur nostri, et benedicat nobis: * illuminet vultum

suum super nos; et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: * in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: * confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur, et exultent gentes: * quoniam judicas populos in æquitate, et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster; benedicat nos Deus: * et metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, &c.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster, &c.

℣. Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Spiritus Domini repleat corda eorum.

℟. Ut Ecclesiæ Sanctæ Sanctum eligant Pastorem.

℣. Post partum virgo inviolata permansisti.

℟. Deigenitrix intercede pro nobis.

℣. Ora pro nobis Beate Petre.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Do-

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, et corporis sanitate gaudere: et gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione â præsenti liberari tristitia, et æterna perfrui lætitia.

Deus, qui Beato Petro Apostolo tuo, collatis clavibus Regni Cœlestis, ligandi, atque solvendi Pontifi-

tificium tradidisti: concede, ut intercessionis ejus auxilio, Ecclesia tua non diutiùs careat fideli Pastore, qui gregem Dominicum dirigat in viam salutis æternæ.


Supplici Domine humilitate deposcimus: ut Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ concedat Pontificem illum tua immensa pietas, qui, et pio in nos studio semper tibi placitus, et tuo populo pro salubri regimine sit assiduè ad gloriam tui nominis reverendus.

Deus, qui errata corrigis, et dispersa congregas, et congregata conservas: quæsumus super Populum Christianum tuæ unionis gratiam cle-

clementer infunde: ut divisione rejecta, vero Pastori Ecclesiæ tuæ se uniens tibi dignè valeat famulari.

Deus â quo Sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest pacem, ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Dominum nostrum. ℣. Amen.





PRE-

PRECES, ET ORATIONES pro Archiepiscopi Hispalensis Electione impetranda.

℟. Suscita nobis, Domine, Sacerdotem fidelem, qui juxta cor tuum faciat: ædifica ei domum fidelem, ut ambulet coram Christo tuo cunctis diebus.

Psal. Ut sedeat cum Principibus, et solium gloriæ teneat.

℣. Domini enim sunt cardines terræ, et possuit super eos orbem.

Psal. Ut sedeat cum Principibus, et solium gloriæ teneat.

Psalmus.

Quam dilecta tabernacula tua, Do-

mine

mine, virtutum! Concupiscit, et deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum, et caro mea: * exultaverunt in Deum vivum.

Etenim passer invenit sibi domum: * et turtur nidum sibi ubi ponat pullos suos.

Altaria tua Domine, virtutum: * Rex meus, et Deus meus.

Beati qui habitant in domo tua, Domine: in sæcula sæculorum laudabunt te.

Beatus vir, cujus est auxilium abste: * ascensiones in corde suo dispossuit in valle lachrymarum, in loco quem possuit.

Etenim benedictionem dabit legis-

lator, ibunt de virtute in virtutem: * videbitur Deus Deorum in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Jacob.

Protector noster aspice Deus: * et respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies una in atriis tuis: * super millia.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam, et veritatem diligit Deus, gratiam, et gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos, qui ambu-

lant

lant in innocentia: * Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

Gloria Patri, et Filio; et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. *Totum secretò.*

℣. Et nè nos inducas intentationem.

℟. Sed libera nos â malo.

℣. Emitte spiritum tuum, et creabuntur.

℟. Et renovabis faciem terræ.

℣. Post partum Virgo inviolata permansisti.

℟. Dei Genitrix intercede pro nobis.
℣. Ora pro nobis, Beate Isidore.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.
℣. Exaltent eum in Ecclesia plebis.
℟. Et in Cathedra seniorum laudent eum.
℣. Fiat pax in virtute tua.
℟. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et

et de ejus semper consolatione gaudere.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, et corporis sanitate gaudere: et gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione â præsenti liberari tristitia, et æterna perfrui lætitia.

Interveniat pro nobis, quæsumus Domine, Beatus Pontifex, et Hispaniæ Doctor Isidorus, ut ejus intercessione ad æterna præmia pervenire mereamur.

Omnipotens, et misericors Deus, qui pro tuis ovibus animam ponere non recusasti: te supplices exora-

mus, ut præficias nobis Pastorem, qui bonitate, scientiâ, et disciplinâ, præditus, gregem sibi commissum ad æterna pascua, te opitulante perducat.

Deus â quo Sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest pacem, ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum Dominum nostrum. ℣. Amen.



PRECES, ET ORATIONES
Pro infirmo SSmo. Dño. Pap. et Excmo. D. Archiepiscopo.

℟. Dominator Domine Cœlorum, et Rex universæ terræ: * exaudi orationes servorum tuorum.

℣. Tu Domine cui humillium semper, et mansuetorum placuit deprecatio: exaudi orationes servorum tuorum.

Psalm. 19.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxilium de sancto : * et de Sion tueatur te.
Memor sit omnis Sacrificii tui: * et holocaustum tuum pingue fiat.
Tribuat tibi secundum cor tuum,* et omne consilium tuum confirmet.
Lætabimur in salutari tuo : * et in nomine Dei nostri magnificabimur.
Impleat Dominus omnes petitiones tuas : * nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum.
Exaudiet illum de Cœlo sancto suo: * in Potentatibus salus dexteræ ejus.
Hi in curribus, et hi in æquis : * nos au-

autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.

Ipsi obligati sunt, et ceciderunt: * nos autem surreximus, et erecti sumus.

Domine salvum fac Regem, et exaudi nos in die qua invocaverimus te.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. *Totum secretò.*

℣. Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos â malo.
℣. Salvum fac servum tuum infirmum.
℟. Deus meus, sperantem in te.
℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

OMnipotens sempiterne Deus, salus æterna credentium; xaudi nos pro famulo tuo infirmo,

pro quo misericordiæ tuæ imploramus auxilium; ut reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in Ecclesia referat actiones.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, et corporis sanitate gaudere: et gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione â præsenti liberari tristitia, et æterna perfrui lætitia.

Deus, refugium nostrum, et virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ præcibus Auctor ipse pietatis, et præsta; ut quod fidelitèr petimus efficacitèr consequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

PRECES, ET ORATIONES ad postulandum auxilium opportunum Catholico Regi nostro N. *in regimine Regni sui.*

℟. Dominator Domine Cœlorum, et Rex universæ terræ: * exaudi orationes servorum tuorum.

℣. Tu Domine cui humillium semper, et mansuetorum placuit deprecatio: exaudi orationes servorum tuorum.

Psalm. 19.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis: * protegat te nomen Dei Jacob.

Mit-

Mittat tibi auxilium de sancto : *
et de Sion tueatur te.
Memor sit omnis Sacrificii tui: * et
holocaustum tuum pingue fiat.
Tribuat tibi secundum cor tuum,* et
omne consilium tuum confirmet.
Lætabimur in salutari tuo : * et in
nomine Dei nostri magnificabimur.
Impleat Dominus omnes petitiones
tuas : * nunc cognovi quoniam
salvum fecit Dominus Christum
suum.
Exaudiet illum de Cœlo sancto suo:
* in Potentatibus salus dexteræ
ejus.
Hi in curribus , et hi in æquis: * nos
autem

autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.

Ipsi obligati sunt, et ceciderunt: * nos autem surreximus, et erecti sumus.

Domine salvum fac Regem, et exaudi nos in die qua invocaverimus te.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. *Totum secretò.*

℣. Et nè nos inducas in tentationem.

℟.

℟. Sed libera nos â malo.
℣. Deus refugium nostrum, et virtus.
℟. Adjutor in tribulationibus.
℣. Salvos fac servos tuos Domine.
℟. Deus meus, sperantes in te.
℣. Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis.
℟. Miserere nobis.
℣. Adjuva nos Deus salutaris noster.
℟. Et propter gloriam nominis tui Domine, libera nos.
℣. Gaude Maria Virgo, cunctas hæreses sola interemisti.
℟. Dei Genitrix intercede pro nobis.
℣. Ora pro nobis Beate Jacobe.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

℣. Respice Domine ad Catholicum Regem nostrum N.
℟. Et da ei Domine sedium tuarum assistricem sapientiam.
℣. Fiat pax in virtute tua.
℟. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

NE despicias, Omnipotens Deus, Populum tuum in afflictione clamantem: sed propter gloriam nominis tui, tribulatis succure placatus.

Ineffabilem misericordiam tuam, Domine, nobis clementèr ostende: ut simul nos, et â peccatis omnibus exuas; et â pœnis, quas pro his meremur, eripias.

Deus, refugium nostrum, et virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ præcibus Auctor ipse pietatis, et præsta; ut quod fidelitèr petimus efficacitèr consequamur.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, et corporis sanitate gaudere: et gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione â præsenti liberari tristitia, et æterna perfrui lætitia.

Esto, Domine, Plebi tuæ sanctificator, et custos: ut Beati Jacobi Apostoli tui munita præsidijs, et conversatione tibi placeat, et secura mente deserviat.

Deus, in cujus manu sunt corda Regum, inclina ad preces humilitatis nostræ aures misericordiæ tuæ, et famulo tuo Regi nostro N. regimen tuæ sapientiæ appone: ut haustis de tuo fonte consiliis, et tibi placeat, et super omnia regna sua precellat.

Deus â quo Sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest pacem, ut et

corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum Dominum nostrum.
℟. Amen.



PRECES, ET ORATIONES
Pro Catholici Regis nostri N. *salute impetranda.*

℟. Protector Noster aspice Deus, et respice in servum tuum Regem nostrum N.

Psal. Et proptèr gloriam nominis tui libera eum.

℣. Vitam petiit â te: tribue ei Domine longitudinem dierum in sæculum, et in sæculum sæculi.

Psal. Et proptèr gloriam nominis tui libera eum.

Psalm. 19.

Exaudiat te Dominus in die tribu-

lationis: * protegat te nomen Dei Jacob.
Mittat tibi auxilium de sancto: * et de Sion tueatur te.
Memor sit omnis Sacrificii tui: * et holocaustum tuum pingue fiat.
Tribuat tibi secundum cor tuum, * et omne consilium tuum confirmet.
Lætabimur in salutari tuo: * et in nomine Dei nostri magnificabimur.
Impleat Dominus omnes petitiones tuas: * nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum.
Exaudiet illum de Cœlo sancto suo: * in Potentatibus salus dexteræ ejus.

Hi in curribus, et hi in æquis: * nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.

Ipsi obligati sunt, et ceciderunt: * nos autem surreximus, et erecti sumus.

Domine salvum fac Regem, et exaudi nos in die qua invocaverimus te.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. *Totum secretò.*

℣. Et nè nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos â malo.
℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.
℣. Domine salvum fac Regem nostrum N.
℟. Et exaudi nos in die qua invocaverimus te.
℣. Qui das salutem Regibus.
℟. Qui redimisti David servum tuum de gladio maligno eripe nos.
℣. Deus refugium nostrum, et virtus.
℟. Adjutor in tribulationibus.
℣. Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

COncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, et corporis sanitate gaudere: et gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione â præsenti liberari tristitia, et æterna perfrui lætitia.

Omnipotens sempiterne Deus, Salus æterna credentium, exaudi nos pro infirmo famulo tuo Rege: pro quo misericordiæ tuæ imploramus auxilium, ut reddita sibi sanitate, gratiarum tibi, in Ecclesia tua referat actiones.

Ne despicias Omnipotens Deus, Populum tuum in afflictione clamantem, sed proptèr gloriam nominis tui tribulatis succurre placatus.

Deus, refugium nostrum, et virtus; adesto piis Ecclesiæ tuæ præcibus Author ipse pietatis, et præsta; ut quod fidelitèr petimus efficacitèr consequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.



PRE-

PRECES, ET ORATIONES
Pro salute Reginæ nostræ N. *impetranda.*

℟. Dominator Domine Cœlorum, et Rex universæ terræ: * exaudi orationes servorum tuorum.

℣. Tu Domine cui humillium semper, et mansuetorum placuit deprecatio: exaudi orationes servorum tuorum.

Psalm. 19.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis: * protegat te nomen Dei Jacob.

Mit-

Mittat tibi auxilium de sancto: * et de Sion tueatur te.

Memor sit omnis Sacrificii tui: * et holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundùm cor tuum: * et omne consilium tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo: * et in nomine Dei nostri magnificabimur.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas: * nunc cognovi, quoniam salvum fecit Dominus Christum suum.

Exaudiet illum de Cœlo sancto suo: * in Potentatibus salus dexteræ ejus.

Hi in curribus, et hi in equis: * nos au-

autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.
Ipsi obligati sunt, et ceciderunt: * nos autem surreximus, et erecti sumus.
Domine salvum fac Regem: * et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.
Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster. *Totum secretò.*
℣. Et nè nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos â malo.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

℣. Domine salvam fac Reginam nostram N.

℟. Et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

℣. Qui das salutem Regibus.

℟. Qui redemisti David servum tuum de gladio maligno, eripe nos.

℣. Deus refugium nostrum, et virtus.

℟. Adjutor in tribulationibus.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ORE-

OREMUS.

COncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, et corporis sanitate gaudere: et gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione â præsenti liberari tristitia, et æterna perfrui lætitia.

Omnipotens sempiterne Deus, Salus æterna credentium, exaudi nos pro infirma famula tua Regina N. pro qua misericordiæ tuæ imploramus auxilium, ut reddita sibi sanitate, gratiarum tibi, in Ecclesia tua referat actiones.

Ne despicias Omnipotens Deus,

Po-

Populum tuum in afflictione clamantem, sed proptèr gloriam nominis tui tribulatis succurre placatus.

Deus, refugium nostrum, et virtus; adesto piis Ecclesiæ tuæ præcibus, Author ipse pietatis, et præsta; ut quod fidelitèr petimus efficacitèr consequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.



PRE-

PRECES, ET ORATIONES
Pro Partu Reginæ nostræ N.

℟. Dominator Domine Cœlorum, et Rex universæ terræ: * exaudi orationes servorum tuorum.

℣. Tu Domine cui humillium semper, et mansuetorum placuit deprecatio: * exaudi orationes servorum tuorum.

Psalm. 19.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis: * protegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxilium de sancto: * et de Sion tueatur te.

Me-

Memor sit omnis Sacrificii tui: * et holocaustum tuum pingue fiat.
Tribuat tibi secundum cor tuum,* et omne consilium tuum confirmet.
Lætabimur in salutari tuo: * et in nomine Dei nostri magnificabimur.
Impleat Dominus omnes petitiones tuas: * nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum.
Exaudiet illum de Cœlo sancto suo: * in Potentatibus salus dexteræ ejus.
Hi in curribus, et hi in æquis: * nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.
Ipsi obligati sunt, et ceciderunt: *

nos autem surreximus, et erecti sumus.

Domine salvum fac Regem, et exaudi nos in die qua invocaverimus te.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. *Totum secretò.*

℣. Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos â malo.

℣. Salvam fac Domine Reginam nostram.

℟. Et propter gloriam nominis tui dux illi esto.
℣. Mitte ei Domine auxilium de sancto.
℟. Et de Sion tuere eam.
℣. Nihil proficiat inimicus in ea.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Tribue ei secundùm cor suum fœcunditatem prolis.
℟. Et omne consilium ejus confirma.
℣. Quoniam ipsa sperat in Domino.
℟. Et in misericordia Altissimi non commovebitur.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui de Beatæ Mariæ Virginis utero, Verbum tuum Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis; ut qui verè eam Genitricem Dei credimus ejus apud te intercessionibus adjuvemur.

Exaudi quæsumus Domine pro Famula tua N. Regina nostra prægnante, et sicut eam tuâ providentiâ concipere decrevisti, ita ipsam tuâ benedictione præveniente, et Beatâ Mariâ suffragante fœlicitèr jubeas expediri.

Deus, refugium nostrum, et virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus Auctor ipse pietatis, et præsta; ut quod fidelitèr petimus efficacitèr consequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.



PRECES, ET ORATIONES
Pro Partu Principis nostræ N.

℟. Dominator, Domine, Cœlorum, et Rex universæ terræ: * Exaudi orationes servorum tuorum.

℣. Tu, Domine, cui humillium semper, et mansuetorum placuit deprecatio: * Exaudi orationes servorum tuorum.

Psalm. 19.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis: * Protegat te nomen Dei Jacob.

Mit-

Mittat tibi auxilium de sancto: * Et de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificii tui: * Et holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundùm cor tuum: * Et omne consilium tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo: * Et in nomine Dei nostri magnificabimur.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas: * Nunc cognovi, quoniam salvum fecit Dominus Christum suum.

Exaudiet illum de Cœlo sancto suo: * In Potentatibus salus dexteræ ejus.

Hi in curribus, et hi in Equis: * Nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.
Ipsi obligati sunt, et ceciderunt:* nos autem surreximus, et erecti sumus.
Domine, salvum fac Regem: * Et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.
Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster. *Totum secretò.*
℣. Et nè nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos â malo.

℣. Salvam fac, Domine, Principem nostram.

℟. Et propter gloriam nominis tui dux illi esto.

℣. Mitte ei Domine auxilium de sancto.

℟. Et de Sion tuere eam.

℣. Nihil proficiat inimicus in ea.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

℣. Tribue ei secundùm cor suum fœcunditatem prolis.

℟. Et omne consilium ejus confirma.

℣. Quoniam ipsa sperat in Domino.

℟. Et in misericordia Altissimi non commovebitur.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui de beatæ Mariæ virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis; ut qui verè eam genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur.

Exaudi nos, quæsumus, Domine, pro Famula tuâ N. Principe nostrâ prægnante, et sicut eam tuâ providentiâ, concipere decrevisti, ita ipsam, tuâ benedictione prævenien-

te,

te, et Beatâ Mariâ suffragante, fœlicitèr jubeas expediri.

Deus, refugium nostrum, et virtus; adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus, Author ipse pietatis, et præsta, ut quod fidelitèr petimus efficacitèr consequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

℟. Amen.



PRE-

PRECES, ET ORATIONES
Pro Regibus Peregrinantibus, vel iter agentibus.

℟. TUA est potentia, tuum Regnum, Domine, tu es super omnes gentes: * Da pacem Domine in diebus nostris.
℣. Creator omnium Deus, terribilis, et fortis, justus, et misericors.
* Da pacem Dñe. in diebus nostris.

Psalmus.

Deus misereatur nostri, et benedicat nobis: * Illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: * In omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: * confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur, et exultent gentes: * quoniam judicas populos in æquitate, et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: * confiteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: * et metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula

sæculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. *Totum secretò.*

℣. Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos â malo.

℣. Salvum fac Regem nostrum N.

℟. Deus meus sperantem in te.

℣. Mitte ei, Domine, auxilium de Sancto.

℟. Et de Sion tuere eum.

℣. Fiat pax in virtute tua.

℟. Et abundantia in turribus tuis.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ORE-

OREMUS.

INeffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementèr ostende: ut simul nos et à peccatis omnibus exuas, et à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, et viam famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone: ut inter omnes viæ et vitæ hujus varietates, tuo semper protegantur auxilio.

Deus, à quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera, da servis tuis illam, quam mundus dare

dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tuâ protectione tranquilla. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.



PRE-

PRECES, ET ORATIONES
Pro Regibus Navigantibus.

℟. TUA est potentia, tuum Regnum, Domine, tu es super omnes gentes: * Da pacem Domine in diebus nostris.

℣. Creator omnium Deus, terribilis, et fortis, justus, et misericors.

* Da pacem Dñe. in diebus nostris.

Psalmus.

Deus misereatur nostri, et benedicat nobis: * Illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam

tuam: * In omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: * confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur, et exultent gentes: * quoniam judicas populos in æquitate, et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: * confiteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster; benedicat nos Deus: * et metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison.
Pater noster. *Totum secretò.*
℣. Et nè nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Salvum fac Regem nostrum N.
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Mitte ei, Domine, auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuere eum.
℣. Fiat pax in virtute tua.
℟. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

INeffabilem nobis, Dominē, misericordiam tuam clementèr ostende: ut simul nos et à peccatis omnibus exuas, et à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui transtulisti patres nostros per mare Rubrum, et transvexisti eos per aquam nimiam, laudem tui nominis decantantes, te supplicitèr deprecamur; ut in navi famulum tuum Regem nostrum N. repulsis adversitatibus, portu semper optabili, cursuque tranquillo tuearis.

Deus, à quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus da-

dare non potest pacem, ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tuâ protectione tranquilla. Per Dominum nostrum, &c.

℞. Amen.



PRECES, ET ORATIONES

Pro necessitatibus omnium Regnorum Hispaniarum.

℟. ASpice Domine de sede sanctâ tuâ, et cogita de nobis: inclina Deus meus aurem tuam, et audi.

Psalm. Aperi oculos tuos, et vide tribulationem nostram.

℣. Deus noster, refugium, et virtus: adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Psalm. Aperi oculos tuos, et vide tribulationem nostram.

Psalm. 59.

Deus repulisti nos, et destruxisti nos: * iratus es, et misertus es nobis.

Com-

Commovisti terram, et conturbasti eam : * sana contritiones ejus, quia commota est.
Ostendisti populo tuo dura : * potasti nos vino compunctionis.
Dedisti metuentibus te significationem : * ut fugiant à facie arcus.
Ut liberentur dilecti tui : * salvum fac dexterâ tuâ, et exaudi me.
Deus locutus est in sancto suo : * lætabor, et partibor. Sîchimam et convallem tabernaculorum metibor.
Meus est Galaad, et meus est Manàsses : * et Ephraim fortitudo capitis mei.
Juda rex meus: *Moab olla spei meæ.

In Idumæam extendam calceamentum meum: * mihi alienigenæ subditi sunt.
Quis deducet me in civitatem munitam? * Quis deducet me usque in Idumæam?
Nonnè tu Deus, qui repulisti nos: * et non egredieris Deus in virtutibus nostris?
Da nobis auxilium de tribulatione: * quia vana salus hominis.
In Deo faciemus virtutem: * et ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.
Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio, et nunc, et

semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. *Secretò.*

℣. Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos â malo.

℣. Propitius esto Domine peccatis nostris.

℟. Et libera nos proptèr Nomen tuum.

℣. Salvum fac populum tuum Domine, et benedic hæreditati tuæ.

℟. Et rege eos, et extolle illos usque in æternum.

℣. Salvum fac Regem nostrum N.

℟. Et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

℣. Me-

℣. Memento Congregationis tuæ.
℟. Quam possedisti ab initio.
℣. Sancta Maria, et Omnes Sancti, intercedant pro nobis ad Dominum.
℟. Ut nos mereamur ab eo adjuvari, et salvari.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

PReces populi tui, quæsumus Domine, clementèr exaudi: ut qui juste pro peccatis nostris affligimur, pro tui Nominis gloria misericorditèr liberemur.

Mentes nostras, quæsumus Domine, lumine tuæ claritatis illustra: ut videre possimus, quæ agenda sunt, et quæ recta sunt, agere valeamus.

Quæsumus omnipotens Deus, ut famulus tuus N. Rex noster, qui tuâ miseratione suscepit Regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa: quibus decenter ornatus, et vitiorum monstra devitare, et ad te, qui via, veritas, et vita es, gratiosus valeat pervenire.

Omnipotens sempiterne Deus, mœstorum consolatio, laborantium fortitudo: perveniant ad te preces de quacumque tribulatione clamantium:

tium: ut omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant adfuisse.

A cunctis nos, quæsumus Domine, mentis et corporis defende periculis: et intercedente beata et gloriosa semper virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro et Paulo, et Jacobo, atque beato Isidoro, et omnibus Sanctis salutem nobis tribue benignus, et pacem; ut destructis adversitatibus et erroribus universis, Ecclesiâ tuâ securâ tibi serviat libertate. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

PRE-

PRECES, ET ORATIONES
Pro tempore belli.

℟. COngregati sunt inimici nostri, et gloriantur in virtute sua; contere fortitudinem illorum Domine, et disperge illos: * Ut cognoscant quia non est alius, qui pugnet pro nobis nisi tu Deus noster.

℣. Disperge illos in virtute tua, et destrue eos Protector noster Deus.

℟. Ut cognoscant quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster.

Psal-

Psalmus.

Deus noster refugium, et virtus: * adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra: * et transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt, et turbatæ sunt aquæ eorum: * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: * sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus non commovebitur: * adjuvabit eam Deus manè diluculo.

Conturbatæ sunt Gentes, et inclinata

nata sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.
Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster Deus Jacob.
Venite, et videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram: * auferens bella usque ad finem terræ.
Arcum conteret, et confringet arma: * et scuta comburet igni.
Vacate, et videte quoniam ego sum Deus: * exaltabor in Gentibus, et exaltabor in terra.
Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster Deus Jacob.
Gloria Patri, et Filio, & Spiritui Sancto.

Si-

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

Totum secretò.

℣. Et nè nos inducas in tentationem.

℣. Sed libera nos à malo.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

℣. Fiat pax in virtute tua.

℟. Et abundantia in turribus tuis.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ORE-

OREMUS.

DEUS, qui conteris bella, et impugnatores in te sperantium potentiâ tuæ defensionis expugnas, auxiliare famulis tuis implorantibus misericordiam tuam: ut inimicorum suorum feritate depressa, incessabili te gratiarum actione laudemus.

Hostium nostrorum, quæsumus Domine, elide superbiam: et eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne.

Deus, â quo Sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera:

da servis tuis illam, quam mundus dare non potest pacem, ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tuâ protectione tranquilla. Per Dominum nostrum, &c.



PRE-

PRECES, ET ORATIONES
Pro exaltatione, et defensione Ecclesiæ Catholicæ.

℟. DOminator Domine Cœlorum, et Rex universæ terræ: * exaudi orationes servorum tuorum.

℣. Tu Domine cui humilium semper, et mansuetorum placuit deprecatio: * exaudi orationes servorum tuorum.

Psalm. 19.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis: * Protegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxilium de sancto: * Et de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificii tui: * Et holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundùm cor tuum: * Et omne consilium tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo: * Et in nomine Dei nostri magnificabimur.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas: * Nunc cognovi, quoniam salvum fecit Dominus Christum suum.

Exaudiet illum de Cœlo sancto suo: * In Potentatibus salus dexteræ ejus.

Hi in curribus, et hi in æquis: * Nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.

Ipsi obligati sunt, et ceciderunt:* nos autem surreximus, et erecti sumus.

Domine, salvum fac Regem: * Et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. *Totum secretò.*

℣. Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos â malo.

℣. Post partum Virgo inviolata permansisti.
℟. Dei Genitrix intercede pro nobis.
℣. Constitues eos Principes super omnem terram.
℟. Memores erunt nominis tui Domine.
℣. Memento Congregationis tuæ.
℟. Quam possedisti ab initio.
℣. Hostium nominis tui Domine elide superbiam.
℟. Et eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne.
℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Fiat pax in virtute tua.

℟. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Mitte nobis auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuere nos.
℣. Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetuâ mentis, et corporis sanitate gaudere: et gloriosâ Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsenti liberari tristitiâ, et æternâ perfrui lætitiâ.

Protege Domine Populum tuum, et Apostolorum tuorum Petri, et Pauli patrocinio confidentem, perpetuâ defensione conserva.

Da, quæsumus Ecclesiæ tuæ misericors Deus, ut Sancto Spiritu congregata, hostili nullatenus incursione turbetur.

Protector noster aspice Deus, et ab inimicorum nos defende periculis: ut omni perturbatione submota, liberis tibi mentibus serviamus.

Ecclesiæ tuæ quæsumus Domine, preces placatus admitte: ut destructis adversitatibus, et erroribus universis, secura tibi serviat libertate.

Deus largitor pacis, et amator

Charitatis: da famulis tuis pacem, veramque cum tua voluntate concordiam: ut ab omnibus, quæ nos pulsant, tentationibus liberemur.

Deus, refugium nostrum, et virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus Auctor ipse pietatis, et præsta, ut quod fidelitèr petimus efficacitèr consequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum. &c.

℟. Amen.



PRE-

PRECES, ET ORATIONES
Pro tempore famis, et angustiæ.

℟. DOminator Domine Cœlorum, et Rex universæ terræ: * Exaudi orationem servorum tuorum.

℣. Tu Domine cui humillium semper, et mansuetorum placuit deprecatio: * Exaudi orationem servorum tuorum.

Psalmus.

Domine, nè infurore tuo arguas me:
* Neque in ira tua corripias me.
Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: * Sana me Domine,

quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: * Sed tu Domine usque quo?

Convertere Domine, et eripe animam meam: * Salvum me fac proptèr misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: * In inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: * Lachrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est â furore oculus meus: * Inveteravi inter omnes inimicos meos.

Dis-

Discedite â me omnes qui operamini iniquitatem: * Quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam: * Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, et conturbentur vehementer omnes inimici mei: * Convertantur, et erubescant valdè velocitèr.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pa-

Pater noster. *Totum secretò.*

℣. Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

℣. Salvos fac servos tuos Domine.

℟. Deus meus sperantes in te.

℣. Domine non secundum peccata nostra facias nobis.

℟. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

℣. Avertatur furor tuus à Populo tuo.

℟. Ut non desoletur terra, et nè perdas animam vivam.

℣. Fiat pax in virtute tua.
℟. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetuâ mentis, et corporis sanitate gaudere: et gloriosâ Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione â præsenti liberari tristitiâ, et æternâ perfrui lætitiâ.

Preces Populi tui, quæsumus Domine

mine clementèr exaudi: ut qui justè pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria, misericorditèr liberemur.

Tribulationem nostram, quæsumus Domine, propitius respice, et iram tuæ indignationis, quam justè meremur, averte.

Deus, refugium nostrum, et virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus Auctor ipse pietatis, et præsta, ut quod fidelitèr petimus, efficacitèr consequamur.

Deus, â quo Sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera: da servis tuis illam, quàm mundus dare non potest pacem, ut et corda

nos-

nostra mandatis tui dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Dominum nostrum, &c. ℟. Amen.



PRE-

PRECES, ET ORATIONES
Pro tempore mortalitatis, et pestis.
Anno Domini 1678.

ANTIPHONA.

STella cœli quæ lactavit Dominum, mortis pestem extirpavit, quam plantavit primus parens hominum. Ipsa stella nunc dignetur sidera compescere, quorum bella plebem cædunt diræ mortis ulcere. O piissima Stella maris, â peste succure nobis. Audi nos Domina; nam Filius tuus nihil negans te honorat. Salva nos Jesu, pro quibus Virgo Mater te orat.

Psalmus 6.

DOmine, ne in furore tuo arguas me: * Neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: * Sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: * Sed tu Domine usquequo?

Convertere Domine, et eripe animam meam: * Salvum me fac proptèr misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: * In inferno autem quis confitebitur tibi?

Laborari in gemitu meo, lavabo

per singulas noctes lectum meum: * Lachrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est â furore oculus meus: *Inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite â me omnes qui operamini iniquitatem: * Quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam: * Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, et conturbentur vehementèr omnes inimici mei: * Convertantur, et erubescant valdè velocitèr.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui

Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. *Totum secretò.*

℣. Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos â malo.

℣. Domine non secundum peccata nostra facias nobis.

℟. Neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis.

℣. Adjuva nos Deus salutaris noster.

℟. Et proptèr gloriam nominis tui Domine libera nos.

℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum.

℟. Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis.
℣. Ora pro nobis Sancte Sebastiane.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

EXaudi nos Deus salutaris noster, et intercedente Beata, et gloriosa Deigenitrice Maria semper Virgine, et Beato Sebastiano Mar-

tyre tuo, et omnibus Sanctis, populum tuum ab iracundiæ tuæ terroribus libera, et misericordiæ tuæ fac largitate securum.

Propitiare Domine supplicationibus nostris, et animarum, et corporum medere languoribus, ut remissione percepta in tua semper benedictione lætemur.

Da nobis, quæsumus Domine, piè petitionis effectum, et pestilentiam, mortalitatemque propitiatus averte; ut mortalium corda cognoscant à te indignante talia flagella prodire, et te miserante cessare. Per Dominum nostrum, &c.

PRECES, ET ORATIONES ad auxilium oportunum impetrandum contra imminentem Pestem, et mortalitatis contagium.

Anno Domini 1648. *et* 1649.

℞. RECordare Domine testamenti tui, et dic Angelo percutienti: Cesset jam manus tua.

Psalm. Et non desoletur terra, et nè perdas omnem animam viventem.

℣. Quiescat Domine ira tua â Populo tuo, et à Civitate sancta tua.

Psalm. Et non desoletur terra, et nè perdas omnem animam viventem.

Psalmus 6.

DOmine, ne in furore tuo arguas me: * Neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: * Sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valdè: * sed tu Domine usquequo?

Convertere Domine, et eripe animam meam: * Salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: * In inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo

per singulas noctes lectum meum: * Lachrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est â furore oculus meus: * Inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite â me omnes, qui operamini iniquitatem : * Quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam : * Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, et conturbentur vehementer omnes inimici mei : * Convertantur, et erubescant valdè velociter.

Glo-

Gloria Patri, et Filio, & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. *Totum secretò.*

℣. Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Domine non secundùm peccata nostra facias nobis.

℟. Neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis.

℣. Adjuva nos Deus salutaris noster.

℟. Et proptèr gloriam nominis tui Domine libera nos.

℣. Nè perdas nos Deus cum iniquitatibus nostris.

℟. Neque in finem iratus reserves mala nostra.

℣. Respice propitius Domine Populum tuum.

℟. Et ab eo Pestilentiæ flagellum clementèr averte.

℣. Miserere Domine super afflictionem populi tui, et nè facias consumationem.

℟. Sed dic Angelo percutienti sufficit: nunc contine manum tuam.

℣. Sub tuum præsidium confugimus Sancta Deigenitrix.

℟. Nostras deprecationes nè despicias in necessitatibus.

℣. Sancti Dei Sebastiane, Laureane, et Beate Roche intercedere dignemini.

℟. Pro nostra omniumque salute.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

EXaudi nos Deus salutaris noster, et intercedente Beata, et gloriosa Deigenitrice Maria semper Virgine, et Sanctis Martyribus tuis Sebastiano, et Laureano, atque Beato Rocho Confessore tuo, et

omnibus Sanctis, Populum tuum ab iracundiæ tuæ terroribus libera, et misericordiæ tuæ fac largitate securum.

Deus, qui non mortem, sed pœnitentiam desideras peccatorum: populum tuum ad te reverentem propitius respice: ut dum tibi devotus existit, iracundiæ tuæ flagella ab eo clementèr amoveas.

Da nobis, quæsumus Domine, piæ supplicationis effectum, et Pestilentiam, mortalitatemque, propitiatus averte: ut mortalium corda cognoscant â te indignante talia flagella prodire, et te miserante cessare.

Deus, refugium nostrum, et virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus Auctor ipse pietatis, et præsta, ut quod fidelitèr petimus, efficacitèr consequamur.

Exaudi Domine preces nostras: et nè velis cum servis tuis adire judicium: quia sicut in nobis nulla justitia reperitur, de qua præsumere valeamus: ita fontem tuæ pietatis agnoscamus: â quo et â peccatis nostris nos absolvi, et â necessitatibus liberari confidimus. Per Dominum nostrum, &c. ℟. Amen.

PRE-

PRECES, ET ORATIONES pro fructibus Terræ impetrandis, et conservandis: ab eisque locustis, et aliis noxiis animalibus exterminandis.

℟. DEUS, qui sedes super thronum, et judicas æquitatem, esto refugium pauperum in tribulatione.

℟. Quia tu solus laborem, et dolorem consideras.

℣. Exaudi Domine populum tuum cum misericordia: Miserere, et ne facias consummationem.

℟. Quia tu solus laborem, et dolorem consideras.

Psal-

Psalmus 22.

DOminus regit me, et nihil mihi deerit: * In loco pascuæ ibi me collocavit.

Super aquam refectionis educavit me: * Animam meam convertit.

Deduxit me super semitas justitiæ: * Proptèr nomen suum.

Nam, et si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala: * Quoniam tu mecum es.

Virga tua, et baculus tuus: * Ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam: * Adversùs eos, qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum: *

et

et Calix meus inebrians, quam præclarus est.
Et misericordia tua subsequetur me: * omnibus diebus vitæ meæ.
Et ut inhabitem in domo Domini: * in longitudinem dierum.
Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster. *Totum secretò.*
℣. Et nè nos inducas intentationem.
℟. Sed libera nos â malo.
℣. Post partum Virgo, inviolata permansisti.

℟. Dei Genitrix intercede pro nobis.
℣. Ora pro nobis Beate Isidore.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.
℣. Domine, non secundùm peccata nostra facias nobis.
℟. Nequè secundùm iniquitates nostras retribuas nobis.
℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
℣. Tu Domine, qui dixisti: Veniat locusta, et bruchus, cujus non sit numerus.
℟. Extingue ea funditus proptèr nomen tuum.
℣. Oculi omnium in te sperant Dñe.

℟. Et tu das illis æscam in tempore opportuno.

℣. Fiat pax in virtute tua.

℟. Et abundantia in turribus tuis.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

O R E M U S.

COncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetuâ mentis, et corporis sanitate gaudere: et gloriosâ Beatæ Maria semper Virginis intercessione, â presenti liberari tristitiâ, et æterna perfrui lætitiâ.

INterveniat pro nobis, quæsumus Domine, Beatus Pontifex, et Hispaniæ Doctor Isidorus, ut ejus intercessione, ad æternâ præmia pervenire mereamur.

INeffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementèr ostende: ut simul nos, et â peccatis omnibus exuas, et à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

OMnipotens sempiterne Deus, bonorum omnium auctor, et conservator, in cujus nomine omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium, et infernorum: concede, ut quod de tuâ misericordiâ confisi agimus, per tuam gratiam, efficacem

con-

consequamur effectum: quatenus has locustas, aut alia animalia noxia segregando segreges: exterminando extermines: ut ab ista calamitate liberati, gratiarum actiones majestati tuæ referamus.

LArgiri, et conservare fructus terræ, dignare Domine Deus noster, ut temporalibus gaudeamus auxiliis, et spiritualibus proficiamus incrementis.

NE despicias Populum tuum, quæsumus Domine, in afflictione clamantem: sed proptèr gloriam nominis tui, tribulatis succurre placatus.

DEUS, â quo Sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera: da servis tuis illam, quàm mundus dare non potest pacem, ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Dominum nostrum, &c. ℟. Amen.



PRECES, ET ORATIONES pro tempore afflictionis, sterilitatis terræ, & famis.

℟. OCuli omnium in te sperant Domine, et tu das illi æscam in tempore opportuno.

Ps. Aperi tu manum tuam, et imple omne animal benedictione.

℣. Qui operis Cœlum nubibus, et paras terræ pluviam.

Ps. Aperi tu manum tuam, et imple omne animal benedictione.

Psalmus.

DEUS misereatur nostri, et benedicat nobis : * illuminet

vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: *in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: * confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur et exultent gentes: *quoniam judicas populos in æquitate, et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: * confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster; benedicat nos Deus: * et metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, et Filio, & Spiritui

Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. *Totum secretò.*

℣. Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos â malo.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

℣. Non secundum peccata nostra facias nobis.

℟. Neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis.

℣. Operi Cœlum nubibus.

℟. Et para terræ plubiam.

℣. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ.

℟. Et campi tui replebuntur ubertate.

℣. Mitte eis Domine auxilium de Sancto.

℟. Et de Sion tuere eos.

℣. Fiat pax in virtute tua.

℟. Et abundantia in turribus tuis.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ORE-

OREMUS.

Concede quæsumus Omnipotens Deus, ut intercessio Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, Sanctorumque omnium Apostolorum, Martyrum, Confessorum, atque Virginum, et omnium Electorum tuorum, nos ubique lætificet: ut dum eorum merita recolimus patrocinia sentiamus.

Ineffabilem nobis Domine misericordiam tuam clementèr ostende, ut simul nos et â peccatis omnibus exuas, et â pœnis, quas pro his meremur, eripias.

Da

DA nobis, quæsumus Domine, piæ supplicationis effectum, et famem propitiatus averte; ut mortalium corda cognoscant, et te indignante talia flagella prodire, et te miserante cessare.

POpulum tibi subditum pro peccatis suis fame laborantem ad te Domine converte propitius, qui quærentibus regnum tuum omnia adjicienda esse dixisti.

DEUS, refugium nostrum, et virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus Auctor ipse pietatis, et præsta; ut quod fidelitèr petimus efficacitèr consequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c. ℟. Amen.

PRE-

PRECES, ET ORATIONES pro tempore belli contra Turcas, et alios infideles.

℟. Congregati sunt inimici nostri, et gloriantur in virtute sua; contere fortitudinem illorum Domine, et disperge illos: * ut cognoscant quia non est alius, qui pugnet pro nobis nisi tu Deus noster.

℣. Disperge illos in virtute tua, et destrue eos Protector noster Deus.

℟. Ut cognoscant quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster.

Psal-

Psalmus 78.

DEUS venerunt Gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: * posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam.

Posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus cæli: * carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.

Effuderunt sanguinem eorum tamquam aquam in circuitu Jerusalem: * et non erat qui sepeliret.

Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio et illusio his qui in circuitu nostro sunt.

Usquequo Domine irasceris in finem:

nem: * accendetur velut ignis zelus tuus?

Effunde iram tuam in gentes, quæ te non noverunt: * et in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt.

Quia comederunt Jacob: * et locum ejus desolaverunt.

Nè memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, citò anticipent nos misericordiæ tuæ: * quia pauperes facti sumus nimis.

Adjuva nos Deus salutaris noster, et proptèr gloriam nominis tui Domine libera nos: * et propitius esto peccatis nostris proptèr nomen tuum.

Nè forte dicant in gentibus, ubi est Deus eorum? * et innotescat in nationibus coram oculis nostris.

Ultio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est: * introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum

Secundùm magnitudinem brachii tui: * posside filios mortificatorum.

Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: * improperium ipsorum, quod exprobraverunt tibi Domine.

Nos autem populus tuus, et oves pascuæ tuæ: * confitebimur tibi in sæculum.

In generationem, et generationem:

*an-

* annuntiabimus laudem tuam.
Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster. *Totum secretò.*
℟. Et nè nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Salvos fac servos tuos.
℟. Deus meus sperantes in te.
℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

℣. Hostium nominis tui Domine elide superbiam.

℟. Et eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne.

℣. Fiant tamquam pulvis ante faciem venti.

℟. Et Angelus Domini persequatur eos.

℣. Effunde iram tuam in gentes, quæ te non noverunt.

℟. Et in Regna, quæ nomen tuum non invocaverunt.

℣. Mitte nobis Domine auxilium de Sancto.

℟. Et de Sion tuere nos.

℣. Fiat

℣. Fiat pax in virtute tua.
℟. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DA, quæsumus, Ecclesiæ tuæ misericors Deus, ut Sancto Spiritu congregata, hostili nullatenus incursione turbetur.

DEUS, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice, et flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

OMnipotens sempiterne Deus, in cujus manu sunt omnium potestates, et omnium jura regnorum, respice in auxilium Christianorum, ut gentes Turcarum (vel hæreticorum) quæ in sua feritate confidunt, dexteræ tuæ potentia conterantur.

DEUS, qui conteris bella, et impugnatores in te sperantium potentia tuæ defensionis expugnas, auxiliare famulis tuis implorantibus misericordiam tuam, ut inimicorum suorum feritate depressa, incessabili te gratiarum actione laudemus.

DEUS, à quo sancta desideria recta consilia, et justa sunt ope-

opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem, ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquila. Per Dominum nostrum. ℟. Amen.



PRECES, ET ORATIONES pro Navigantibus, & contra inimicos Regni Hispaniæ.

℟. IN mari viæ tuæ, et semitæ tuæ in aquis multis.

Ps. Deduxisti sicut oves populum tuum in manu Moysi, et Aaron.

℣. Libera eos Domine de aquis multis, et de manu filiorum alienorum.

Ps. Deduxisti sicut oves populum tuum in Manu Moysi, et Aaron.

Psalmus.

TE decet Hymnus Deus in Sion: et tibi reddetur votum in Jerusalem.

 Exau-

Exaudi orationem meam: * ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum prævaluerunt super nos: * et impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus, quem elegisti, et assumpsisti: * inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ: * sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos Deus salutaris noster, * spes omnium finium terræ, et in mari longè.

Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia: * qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum ejus.

Turbabuntur gentes et timebunt qui habitant terminos à signis tuis; * exitus matutini, et vespere delectabis.

Visitasti terram, et inebriasti eam: * multiplicasti locupletare eam.

Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum : * quoniam ita est præparatio ejus.

Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus : * in stillicidiis ejus lætabitur germinans.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: * et campi tui replebuntur ubertate.

Pinguescent speciosa deserti, * et exultatione colles accingentur.

Induti sunt arietes ovium, et valles abundabunt frumento : * clamabunt, etenim hymnum dicent.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. *Totum secretò.*

℣. Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos â malo.

℣. Post partum Virgo inviolata permansisti.

℟. Deigenitrix intercede pro nobis.

℣. Constitues eos Principes super omnem terram.

℟. Memores erunt nominis tui Domine.
℣. Libera eos Dñe. de aquis multis.
℟. Et de manu filiorum alienorum.
℣. Fiat pax in virtute tua.
℟. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui transtulisti Patres nostros per mare Rubrum, et transvexisti eos per aquam nimiam, laudem tui nominis decan-

tantes : tē suppliciter deprecamur; ut in navi famulos tuos, repulsis adversitatibus, portu semper optabili, cursuque tranquillo tuearis.

CONcede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, et corporis sanitate gaudere: et gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, â præsenti liberari tristitia, et æterna perfrui lætitia.

DEUS, cujus dextera Beatum Petrum ambulantem in fluctibus nè mergeretur erexit; et coapostolum ejus Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberavit: exaudi nos propitius, et concede,

cede, ut amborum meritis æternitatis gloriam consequamur.

DEUS, à quo Sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest pacem, ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Dominum nostrum, &c.

℞. Amen.



PRECES, ET ORATIONES pro quacumque necessitate, et tribulatione.

℟. DOminator Domine Cœlorum, et Rex universæ terræ: * exaudi orationes servorum tuorum.

℣. Tu Domine cui humillium semper, et mansuetorum placuit deprecatio: * exaudi orationes servorum tuorum.

Psalmus.

QUI habitat in adjutorio altissimi: * in protectione Dei cœli commorabitur.

Di-

Dicet Domino, susceptor meus es tu, et refugium meum: * Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium: * et à verbo aspero.

Scapulis suis obumbravit tibi: * et sub pennis ejus sperabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus: * non timebis â timore nocturno.

A sagitta volante in die, â negotio perambulante in tenebris: * ab incursu, et dæmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille: et decem millia â dextris tuis: * ad te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis considerabis:

bis: * et retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Domine, spes mea: * altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum: * et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis suis mandavit de te: * ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: * nè forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem, et basiliscum ambulabis: * et conculcabis leonem, et draconem.

Quoniam in me speravit, liberabo

eum:

eum: * protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

Clamavit ad me, et ego exaudiam eum: * cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, et glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum: * et ostendam illi salutare meum.

Gloria Patri, et Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. *Totum secretò.*

℣. Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos â malo.

℣. Deus refugium nostrum, et virtus.

℟. Adjutor in tribulationibus.

℣. Salvos fac servos tuos Domine.

℟. Deus meus sperantes in te.

℣. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis.

℟. Miserere nobis.

℣. Adjuva nos Deus salutaris noster.

℟. Et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

* * * * *   * * * * *

OREMUS.

NE despicias Omnipotens Deus, populum tuum, in afflictione clamantem : sed propter gloriam nominis tui, tribulatis succurre placatus.


INeffabilem misericordiam tuam, Domine, nobis clementer ostende, ut simul nos et â peccatis omnibus exuas, et â pœnis, quas pro his meremur, eripias.

COncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, et corporis sanitate gaudere: et gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, â presenti

senti liberari tristitia, et æterna perfrui lætitia.

TRibulationem nostram, quæsumus Domine, propitius respice, & iram tuæ indignationis, quam justè meremur, averte.

DEUS, refugium nostrum, et virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus Auctor ipse pietatis, et præsta; ut quod fidelitèr petimus efficacitèr consequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c. ℞. Amen.



SACRÆ PRECES POST MISSARUM Solemnia, vel alibi Domino Deo nostro proponendæ tempore afflictionis, et angustiæ.

℟. DOminator Domine Cœlorum, et Rex universæ terræ: exaudi orationes servorum tuorum.

℣. Tu Domine, cui humilium semper, et mansuetorum placuit deprecatio: exaudi orationes servorum tuorum.

Psalmus.

DOmine, nè in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum: * sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valdè: * sed tu Domine usquequo?

Convertere Domine, et eripe animam meam: * salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: * in Inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: * lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est â furore oculus meus:

* inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem: * quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam: * Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, et conturbentur vehementer omnes inimici mei: * convertantur, et erubescant valdè velocitèr.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster. *Totum secretò.*

℣. Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos â malo.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

℣. Salvos fac servos tuos Domine.

℟. Deus meus sperantes in te.

℣. Domine non secundùm peccata nostra facias nobis.

℟. Neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis.

℣. Avertatur furor tuus à populo tuo.

℟. Ut non desoletur terra, et nè perdas animam vivam.

℣. Fiat pax in virtute tua.
℟. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

CONCEDE nos famulos tuos, quæsumus, Domine Deus, perpetuâ mentis, et corporis sanitate gaudere: et gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione â præsenti liberari tristitia, et æterna perfrui lætitia.

PReces populi tui, quæsumus, Domine, clementèr exaudi: ut qui justè pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria, misericorditer liberemur.

TRibulationem nostram, quæsumus, Domine, propitius respice, et iram tuæ indignationis, quam justè meremur, averte.

DEUS refugium nostrum, et virtus adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus Auctor ipse pietatis, et præsta; ut quod fidelitèr petimus, efficacitèr consequamur.

DEUS, â quo Sancta desideria recta consilia, et justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus

dus dare non potest, pacem: ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum Dominum nostrum.
℟. Amen.



PRE-

PRECES, ET ORATIONES ad petendam Pluviam.

℟. APeriat Dominus thesaurum suum optimum Cœlum: * ut tribuat pluviam terræ tempore suo.

℣. Qui operit cœlum nubibus, et parat terræ pluviam: * ut tribuat pluviam terræ tempore suo.

Psalmus 146.

LAudate Dominum quoniam bonus est psalmus: * Deo nostro sit jucunda decoraque laudatio.

Ædificans Jerusalem Dominus: * dis-

dispersiones Israelis congregabit.

Qui sanat contritos corde: * et alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum: * et omnibus eis nomina vocat.

Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus: * et sapientiæ ejus non est numerus.

Suscipiens mansuetos Dominus: * humilians autem peccatores usque ad terram.

Præcinite Domino in confessione: * psallite Deo nostro in cithara.

Qui operit cœlum nubibus: * et parat terræ pluviam.

Qui producit in montibus fœnum: * et

* et herbam servituti hominum.

Qui dat jumentis æscam ipsorum: * et pullis corvorum invocantibus eum.

Non in fortitudine æqui voluntatem habebit: * nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum est Domino super timentes eum: * et in eis, qui sperant super misericordia ejus.

Gloria Patri, et Filio, & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. *Totum secretò.*

℣. Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos â malo.

℣. Operi Domine cœlum nubibus.

℟. Et para terræ pluviam.

℣. Ut producat in montibus fœnum.

℟. Et herbam servituti hominum.

℣. Riga montes de superioribus tuis.

℟. Et de fructu operum tuorum satiabitur terra.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.


DEUS, in quo vivimus, movemur, et sumus: pluviam nobis tribue congruentem; ut præsentibus subsidiis sufficientèr adjuti, sempiterna fiducialius appetamus.

PRæsta quæsumus, omnipotens Deus: ut qui in afflictione nostra de tuâ pietate confidimus, contrâ adversâ omniâ, tuâ semper protectione muniamur.

DA nobis, quæsumus Domine, pluviam salutarem: et aridam terræ faciem fluentis cœlestibus dignanter infunde.

Deus,

DEUS refugium nostrum et virtus: adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus autor ipse pietatis, et præsta; ut quod fidelitèr petimus, efficacitèr consequamur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.



PRE-

PRECES, ET ORATIONES
Ad petendam Serenitatem.

℟. RECordare Domine fœderis tui, quod pepigisti, pone arcum tuum in nubibus: * Prohibitæque sint aquæ de Cœlis.

℣. Cumque obduxeris nubibus Cœlum, apparebit arcus tuus in nubibus.

℟. Prohibitæque sint aquæ de Cœlis.

Psalmus 66.

DEUS misereatur nostri, et benedicat nobis: * illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: * in omnibus gentibus salutare tuum.
Confiteantur tibi populi Deus: * confiteantur tibi populi omnes.
Lætentur, et exultent gentes: * quoniam judicas populos in æquitate, et gentes in terra dirigis.
Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum suum.
Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: * et metuant eum omnes fines terræ.
Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio, et nunc, et sem-

semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. *Secretò usque ad*

℣. Et nè nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

℣. Adduxisti Domine spiritum tuum super terram.

℞. Et prohibitæ sunt pluviæ de cœlo.

℣. Cum obduxero nubibus cœlum.

℞. Apparebit arcus meus, et recordabor fœderis mei.

℣. Illustra faciem tuam Domine super servos tuos.

℞. Et benedic sperantes in te.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS. Oratio.

DEUS, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice: et flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

Oratio.

AD te nos, Domine, clamantes exaudi: et aeris serenitatem nobis tribue supplicantibus; ut qui justè pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua præveniente, clementiam sentiamus.

Oratio.

QUæsumus, Omnipotens Deus, clementiam tuam: ut innundantiam coerceas imbrium, et hilaritatem vultus tui nobis impertiri digneris. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.



PRECES, ET ORATIONES
ad repelendas tempestates.

℟. DOminator Domine Cœlorum, et Rex universæ terre: * exaudi orationes servorum tuorum.

℣. Tu Domine cui humilium semper, et mansuetorum placuit deprecatio: * exaudi orationes servorum tuorum.

Psalmus 147.

LAuda Jerusalem Dominum: * lauda Deum tuum Sion.

Quòniam confortavit seras portarum

rum tuarum : * benedixit filiis tuis in te.
Qui posuit fines tuos pacem : * et adipe frumenti satiat te.
Qui emittit eloquium suum terræ : * velociter currit sermo ejus.
Qui dat nivem sicut lanam : * nebulam sicut cinerem spargit.
Mittit cristallum suam sicut buccellas : * ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?
Emittet verbum suum, et liquefaciet ea : * flabit spiritus ejus, et fluent aquæ.
Qui annuntiat verbum suum Jacob : * justitias, et judicia sua Israel.
Non fecit taliter omni nationi : *

et judicia sua non manifestavit eis.
Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster. *Secretò usque ad*
℣. Et nè nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cælum, et terram.
℣. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

℟. Et salutare tuum da nobis.

℣. Adjuva nos Deus salutaris noster.

℟. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocère nobis.

℣. Fiat misericordia tua Domine super nos.

℟. Quemadmodum speravimus in te.

℣. Salvum fac populum tuum Domine.

℟. Et benedic hereditati tuæ.

℣. Non privabis bonis eos, qui ambulant in innocentia.

℟. Domine Deus virtutum, beatus

ho-

homo, qui sperat in te.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS. Oratio.

DEUS, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice; et flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

Oratio.

A Domo tua, quæsumus, Domine, spiritales nequitiæ repellantur: et aerearum discedat malignitas tempestatum.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, parce metuentibus, propitiare supplicibus: ut post noxios ignes nubium, et vim procellarum, in misericordiam transeat laudis commінatio tempestatum.

Oratio.

DOmine Jesu, qui imperasti ventis et mari, et facta fuit tranquillitas magna, exaudi preces familiæ tuæ, et præsta; ut hoc signo sanctæ Crucis ✠ omnis discedat sævitia tempestatum.

Ora-

Oratio.

OMnipotens et misericors Deus, qui nos et castigando sanas, et ignoscendo conservas: præsta supplicibus tuis, ut et tranquillitatibus optatæ consolationis lætemur, et dono tuæ pietatis semper utamur. Per Christum Dominum nostrum. ℞. Amen.



PRECES, ET ORATIONES pro pace impetranda.

℞. DOminator Domine Cœlorum, et Rex universæ terræ: * exaudi orationes servorum tuorum.

℣. Tu Domine cui humilium semper, et mansuetorum placuit deprecatio: * exaudi orationes servorum tuorum.

Psalmus 19.

EXaudiat te Dominus in die tribulationis: * protegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxilium de sancto: * et de Sion tueatur te.

Me-

Memor sit omnis sacrificii tui: * et holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum: * et omne consilium tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo: * et in nomine Dei nostri magnificàbimur.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas: * nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum.

Exaudiet illum de cælo sancto suo: * in potentatibus salus dexteræ ejus.

Hi in curribus, et hi in equis: * nos autem in nomine Domine Dei nostri invocabimus.

Ipsi obligati sunt, et ceciderunt: * nos autem surreximus, et erecti sumus.
Domine salvum fac regem: * et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.
Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster. *Secretò usque ad*
℣. Et nè nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Domine non secundum peccata nostra facias nobis.

℟. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.
℣. Deus refugium nostrum, et virtus.
℟. Adjutor in tribulationibus.
℣. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis.
℟. Miserere nobis.
℣. Adjuva nos Deus, salutaris noster.
℟. Et propter gloriam nominis tui libera nos.
℣. Omnes Sancti, et Sanctæ Dei.
℟. Intercedite pro nobis.
℣. Fiat pax in virtute tua.
℟. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS. Oratio.

CОncede quæsumus, Omnipotens Deus, ut intercessio nos Sanctæ Dei Genitricis MARIÆ, Sanctorumque omnium Apostolorum, Martyrum, Confessorum, atque Virginum, et omnium Electorum tuorum, ubique lætificet, ut dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus.

Oratio.

DEUS, â quo sancta desideria recta consilia, et justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mun-

dus dare non potest, pacem: ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

Oratio.

DEUS refugium nostrum et virtus: adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus auctor ipse pietatis, et præsta; ut quod fidelitèr petimus, efficacitèr consequamur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ *In fine singularum precum dicetur* ℣. Tantum ergo, &c. *cum suo* ℣. Panem de Cœlo, &c. *et Oratio* Deus, qui nobis, *ut infra.*

Tan-

Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui:
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui:
Præstet Fides supplementum
Sensuum defectui.

℣. Panem de Cœlo præstitisti eis.

℟. Omne delectamentum in se habentem.


℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spirituo tuo.

OREMUS. Oratio.

DEUS, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuæ memoriam reliquisti: tribue quæsumus,

ita nos Corporis, et Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.



ALIÆ QUOQUE PRÆCIPUÆ præter relatas Preces inveniuntur, quæ propter necessitates Regno, aut Catholicæ Ecclesiæ obvenientes olim dicebantur: quæ etiam nostris temporibus (si nescessitas postularit) recitari poterunt.

PRECES, ET ORATIONES ad Divinam opem impetrandam, pro Ecclesiæ necessitatibus subveniendis, Fideque Catholica exaltanda.

℟. PRotector noster aspice Deus: * et respice in servum tuum Regem nostrum N. et propter glo-

riam nominis tui dux illi esto.

Psalm. Tribue ei secundùm cor suum: * et omne consilium ejus confirma.

℣. Quoniam Rex sperat in Domino: * et in misericordia Altissimi non commovebitur.

Psalm. Tribue ei secundùm cor suum: * et omne consilium ejus confirma.

Psalmus 19.

EXaudiat te Dominus in die tribulationis: * protegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxilium de sancto: * et de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificii tui: * et ho-

holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum: * et omne consilium tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo: * et in nomine Dei nostri magnificabimur.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas: * nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum.

Exaudiet illum de cœlo sancto suo: * in potentatibus salus dexteræ ejus.

Hi in curribus, et hi in equis: * nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.

Ipsi obligati sunt, et ceciderunt: * nos autem surreximus, et erecti sumus.
Domine salvum fac regem: * et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.
Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster. *Secretò usque ad*
℣. Et nè nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Post partum Virgo inviolata permansisti.
℟. Dei

℟. Dei Genitrix intercede pro nobis.

℣. Ora pro nobis Beate Jacobe.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

℣. Protector noster aspice Deus.

℟. Et respice in faciem Christi tui.

℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Mitte nobis Domine auxilium de sancto.

℟. Et de Sion tuere nos.

℣. Memento congregationis tuæ.

℟. Quam possedisti ab initio.

℣. Fiat pax in virtute tua.

℟. Et abundantia in turribus tuis.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS. Oratio.

CONCEDE nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, et corporis sanitate gaudère: et gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, et æterna perfrui lætitia.

Oratio.

ESTO Domine plebi tui sanctificator, & custos; ut Beati Jacobi Apostoli tui munita præsidiis, et conversatione tibi placeat, et secura mente deserviat.

Oratio.

DEUS regnorum omnium, et Christiani maximè imperii; da servo tuo Regi nostro N. triumphum virtutis tuæ scienter excolere: ut qui tua institutione est princeps, tuo sit semper munere potens.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, in cujus manu sunt omnium potestates, et omnium jura regnorum: respice in auxilium Christianorum: ut gentes, qui in sua feritate confidunt, dexteræ tuæ potentia conterantur.

Ora-

Oratio.

ECclesiæ tuæ, quæsumus Domine, preces placatus admitte: ut destructis adversitatibus, et erroribus universis; secura tibi serviat libertate.

Oratio.

DEUS, refugium nostrum et virtus: adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus auctor ipse pietatis, et præsta; ut quod fideliter petimus efficacitèr consequamur.

Oratio.

DEUS, à quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera; da servis tuis illam, quam mun-

mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandatis tui dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.



PRE-

PRECES, ET ORATIONES pro Catholici Regis nostri intentione, in obsequium Fidei, et Christianæ Religionis conservationem, et augmentum.

℟. NOS alium Deum nescimus, præter te Domine, in quo speramus.

Psalm. Ne despicias nos, nec amoveas salutem tuam à genere nostro.

℣. Quoniam ecce Reges terræ congregati sunt: * convenerunt in unum.

Psalm. Ne despicias nos, nec amoveas salutem tuam à genere nostro.

Psal-

Psalmus 66.

DEUS misereatur nostri, et benedicat nobis: * illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: * in omnibus Gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: * confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur, et exultent Gentes: * quoniam judicas populos in æquitate, et Gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, be-

benedicat nos Deus :* et metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. *Secretò usque ad*

℣. Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Emitte Spiritum tuum, et creabuntur.

℟. Et renovabis faciem terræ.

℣. Post partum Virgo inviolata permansisti.

℟. Dei Genitrix intercede pro nobis.
℣. Ora pro nobis Beate Jacobe Apostole.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.
℣. Memento congregationis tuæ.
℟. Quam possedisti ab initio.
℣. Fiat pax in virtute tua.
℟. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS. Oratio.

DEUS, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta

sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Oratio.

COncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, et corporis sanitate gaudere: et Gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, et æterna perfrui lætitia.

Oratio.

ESto Domine plebi tuæ sanctificator, et custos: ut Beati Jacobi Apostoli tui munita præsidiis, et conversatione tibi placeat, et secura mente deserviat.

Oratio.

DEUS, qui errantibus, ut in viam possint redire justitiæ, veritatis tuæ lumen ostendis: da cunctis, qui Christiana professione censentur, et illa respuere, quæ huic inimica sunt nomini, et ea, quæ sunt apta, sectari.

Oratio.

DEUS, à quo sancta desideria recta consilia, et justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandatis tui dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

PRECES, ET ORATIONES ad Divinam opem implorandam, pro Hispaniæ Regnorum necessitatibus juxta mentem Catholici Regis nostri.

℟. PRotector noster aspice Deus: * et respice in servum tuum Regem nostrum N. et propter gloriam nominis tui dux illi esto.

Psalm. Tribue ei secundùm cor suum: * et omne consilium ejus confirma.

℣. Quoniam Rex sperat in Domino: * et in misericordia Altissimi non commovebitur.

Psalm.

Psalm. Tribue ei secundùm cor suum: * et omne consilium ejus confirma.

Psalmus 19.

EXaudiat te Dominus in die tribulationis: * protegat te nomen Dei Jacob.
Mittat tibi auxilium de sancto: * et de Sion tueatur te.
Memor sit omnis sacrificii tui: * et holocaustum tuum pingue fiat.
Tribuat tibi secundum cor tuum: * et omne consilium tuum confirmet.
Lætabimur in salutari tuo: * et in nomine Dei nostri magnificàbimur.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas: * nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum.

Exaudiet illum de cœlo sancto suo: * in potentatibus salus dexteræ ejus.

Hi in curribus, et hi in equis: * nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.

Ipsi obligati sunt, et ceciderunt: * nos autem surreximus, et erecti sumus.

Domine salvum fac regem: * et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui

Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. *Secretò usque ad*

℣. Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Da nobis Domine sedium tuarum assistricem sapientiam.

℟. Ut sciamus, quid acceptum sit coram te omni tempore.

℣. Sub tuum præsidium confugimus, Sancta Dei Genitrix.

℟. Nostras deprecationes nè despicias in necessitatibus.

℣. Sancte Jacobe Apostole, et

Omnes Sancti Dei.

℟. Intercedite pro nobis.

℣. Protector noster aspice Deus.

℟. Et respice in faciem Christi tui.

℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Mitte nobis Domine auxilium de sancto.

℟. Et de Sion tuere nos.

℣. Memento congregationis tuæ.

℟. Quam possedisti ab initio.

℣. Fiat pax in virtute tua.

℟. Et abundantia in turribus tuis.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS. Oratio.

MEntibus nostris, quæsumus Domine, Spiritum sanctum benignus infunde: cujus et sapientia conditi sumus, et providentia gubernamur.

Oratio.

DEfende, quæsumus Domine, Beatæ Mariæ semper Virginis, et Beati Jacobi Apostoli tui, atque Omnium Sanctorum tuorum intercessione, istam ab omni adversitate familiam; et toto corde tibi postratam, ab hostium propitius tuere clementer insidiis.

Oratio.

DEUS regnorum omnium, et Christiani maximè imperii; da servo tuo Regi nostro N. triumphum virtutis tuæ scienter excolere: ut qui tua institutione est Princeps, tuo sit semper munere potens.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, in cujus manu sunt omnium potestates, et omnium jura regnorum: respice in auxilium Christianorum: ut gentes, quæ in sua feritate confidunt, dexteræ tuæ potentia conterantur.

Oratio.

DEUS qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana, scis, fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis, et corporis, ut ea, quæ pro peccatis nostris patimur, te adjuvante, vincamus.

Oratio.

DEUS, refugium nostrum et virtus: adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus auctor ipse pietatis, et præsta; ut quod fideliter petimus efficacitèr consequamur.

Oratio.

DEUS, à quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera; da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum Dominum nostrum.
℟. Amen.



PRE-

PRECES, ET ORATIONES pro Hispaniarum Regnorum necessitatibus: juxta mentem Catholici Regis nostri.

℟. DOmine Deus Rex Omnipotens, inditione tua cuncta sunt posita: respice ergo ad Catholicum Regem nostrum N. cujus tu Deus desiderii vota prænoscis.

Psalm. Da ei sedium tuarum assistricem sapientiam: * ut sciat, quid acceptum sit coram te omni tempore.

℣. Deus, judicium tuum Regi da: * et justitiam tuam filio Regis.

Psalm. Da ei sedium tuarum assistricem

cem sapientiam: * ut sciat, quid acceptum sit coram te omni tempore.

Psalmus 19.

EXaudiat te Dominus in die tribulationis: * protegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxilium de sancto: * et de Sion tueatur te.

Memor sit omni sacrificii tui: * et holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum: * et omne consilium tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo: * et in nomine Dei nostri magnificàbimur.

Impleat Dominus omnes petiones tuas: * nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum.

Exaudiet illum de cœlo sancto suo: * in potentatibus salus dexteræ ejus.

Hi in curribus, et hi in equis: * nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.

Ipsi obligati sunt, et ceciderunt: * nos autem surreximus, et erecti sumus.

Domine salvum fac regem: * et exaudi nos in die, quà invocaverimus te.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sanc-

Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. *Secretò usque ad*

℣. Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Emitte Spiritum tuum, et creabuntur.

℟. Et renovabis faciem terræ.

℣. Vias tuas Domine demonstra nobis.

℟. Et semitas tuas edoce nos.

℣. Post partum Virgo inviolata permansisti.

℟. Dei Genitrix intercede pro nobis.

℣. Ora

℣. Ora pro nobis Beate Jacobe Apostole.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

℣. Respice Domine ad Catholicum Regem nostrum N.

℟. Et da ei Domine sedium tuarum assistricem sapientiam.

℣. Memento nostri Domine in beneplacito populi tui.

℟. Visita nos in salutari tuo.

℣. Salvum fac populum tuum Domine, et benedic hereditati tuæ.

℟. Et rege eos, et extolle illos usque in æternum.

℣. Memento congregationis tuæ.

℟. Quam possedisti ab initio.

℣. Fiat pax in virtute tua.
℟. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS. Oratio.

MEntibus nostris, quæsumus Domine, Spiritum sanctum benignus infunde: cujus et sapientia conditi sumus, et providentia gubernamur.

Oratio.

A Cunctis nos, quæsumus Domine, mentis et corporis defende periculis, et intercedente Beata,

et Gloriosa semper Virgine Dei Genitrice Maria, cum Beatis Apostolis tuis Petro, Paulo, et Jacobo, atque Beato Isidoro, et omnibus Sanctis, salutem nobis tribue benignus, et pacem; ut destructis adversitatibus et erroribus universis, Ecclesia tua secura tibi serviat libertate.

Oratio.

DEUS, in cujus manu sunt corda Regum, inclina ad preces humilitatis nostræ aures misericordiæ tuæ, et famulo tuo Regi nostro N. regimen tuæ sapientiæ appone; ut haustis de tuo fonte consiliis, et tibi placeat, et super omnia regna sua præcellat.

Oratio.

DEUS, refugium nostrum, et virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus auctor ipse pietatis, et præsta; ut quod fidelitèr petimus efficacitèr consequamur.

Oratio.

DEUS, à quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera; da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

PRE-

PRECES, ET ORATIONES *pro Catholici Regis nostri salute impetranda.*

℟. PRotector noster aspice Deus: et respice in servum tuum Regem nostrum N.

Psalm. Et proptèr gloriam nominis tui libera eum: * et propitius esto peccatis nostris proptèr nomen tuum.

℣. Vitam petiit à te: * tribue ei Domine longitudinem dierum in sæculum, et in sæculum sæculi.

Psalm. Et proptèr gloriam nominis tui libera eum: * et propitius es-

to peccatis nostris, proptèr nomen tuum.

Psalmus 20.

DOmine in virtute tua lætabitur rex: * et super salutare tuum exultabit vehementer.

Desiderium cordis ejus tribuisti ei: * et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.

Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: * posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Vitam petiit à te: * et tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum, et in sæculum sæculi.

Magna est gloria ejus in salutari

tuo: * gloriam et magnum decorem impones super eum.

Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi: * lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in Domino: * et in misericordia Altissimi non commovebitur.

Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis: * dextera tua inveniat omnes, qui te oderunt.

Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui: * Dominus in ira sua conturbabit eos, et devorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes: *

et semen eorum à filiis hominum.

Quoniam declinaverunt in te mala: * cogitaverunt consilia, quæ non potuerunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum: * in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.

Exaltare Domine in virtute tua: * cantabimus et psallemus virtutes tuas.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. *Secretò usque ad*

℣. Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Post partum Virgo inviolata permansisti.

℟. Dei Genitrix intercede pro nobis.

℣. Ora pro nobis Beate Rex Hermenegilde.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

℣. Domine salvum fac Regem nostrum N.

℟. Et exaudi nos in die, qua invocaberimus te.

℣. Dominus opem ferat illi.

℟. Super lectum doloris ejus.

℣. Fiat pax in virtute tua.

℟. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS. Oratio.

CONcede famulum tuum Regem nostrum N. quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, et corporis sanitate gaudère: et gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, et æterna perfrui lætitia.

Oratio.

DEUS, pro cujus nomine, Beatus Hermenegildus Rex, et Martyr, manibus impiorum occubuit;

buit; præsta quæsumus, ut ejus intercessionibus, ab omnibus periculis liberemur.

Oratio.

DEUS, qui famulo tuo Regi Ezechiæ, quindecim annos ad vitam donasti: concede, ut famulum tuum Regem nostrum N. à lecto suæ ægritudinis, tua potentia erigat ad salutem.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, salus æterna credentium, exaudi nos pro infirmo famulo tuo Rege N. pro quo misericordiæ tuæ imploramus auxilium, ut reddita sibi sani-

sanitate; gratiarum tibi, in Ecclesia tua referat actiones.

Oratio.

DEUS, à quo sancta desideria recta consilia, et justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

*** ***
*** ***
***
***

PARA

PARA LAS ROGATIVAS, ò Estaciones, que se hacen en esta Santa Patriarcal Iglesia, se debe prevenir lo siguiente.

EL Maestro de Ceremonias, en sabiendo que el Cabildo ha mandado se hagan Rogativas à alguna de las Capillas, ò Altares de esta Santa Iglesia, avisarà à el Sacristan Mayor quando se han de hacer, si por la tarde, ò por la mañana; ò por tarde, y mañana, para que se prevenga en la Sacristia del Altar Mayor la Capa pluvial, y Amito de collar morado, y que haya lumbre

para el tercero Incensario; y los dos Ciriales, y el librete de estas Preces, ò un Misal para las Oraciones de dicha Rogativa, en la Capilla, ò Altar donde se han de hacer; y en el Altar Mayor en el Atril, el librete para la Oracion de buelta de dicha Estacion, que siempre serà la del tiempo: Se prevendrà tambien el librete para el canto llano, con la funda morada.

A el Campanero se le avisarà, para que tenga cuidado de tocar las Campanas à dicha Rogativa en la forma ordinaria, en haciendole señal los Sacristanes menores con la Campanilla desde la Sacristia alta

del

del Altar Mayor, y estarà tañendo à plegaria, hasta que se aya acabado la Estacion, y segunda vez le hagan señal desde la Sacristìa, para que dexe.

Si la Rogativa, ò Estacion se ha de hacer en la Capilla de Nuestra Señora de la Antigua, se le avisarà à el Colector, para que prevenga, y adorne el Altar con frontal morado, y al menos con quatro velas, y descubierta la Santisima Imagen; Cruz, y Atril sobre el Altar, y que estè la Capilla con tiempo abierta, y el Altar desembarazado, para quando se haya de hacer dicha Rogativa.

Si se hubiere de hacer en la Capilla Real, se le avisarà à el Capellan Mayor, y en su defecto à el Capellan mas antiguo, para que dè orden à el Sacristan Mayor de dicha Capilla, para que prevenga, y execute lo mismo, que se ha dicho en la de la Antigua.

Mas si la Rogativa se hubiere de hacer en algun Altar, ò Capilla de esta Santa Iglesia, ò del Sagrario de ella, se le avisarà à el Sacristan Mayor de el dicho Sagrario, para que con tiempo adorne el Altar, y Capilla, como se adorna para las demàs Estaciones, que se hacen en dichos Altares, y Capillas en el

dis-

discurso del año; solo que para esta ha de ser el frontal morado.

La hora en que se deben hacer estas Estaciones de Rogativa, si es por la mañana son despues de Prima, sino es que haya intermedia, que entonces son acabada la Misa de la dicha intermedia; mas si es en ocurrencia con Novenarios de Responsos, primero es la Rogativa, que el dicho Responso: y en tiempo de Quaresma los dias que hay Sermon de la Feria, se executa lo mismo, siendo primero la Rogativa, y despues el Sermon: si es por las tardes, se debe hacer despues de Nona, y siempre antes de las Vis-

peras: y en tiempo de Quaresma antes de Completas, y en concurrencia de Novenario de Responsos, primero se hace la Rogativa, y despues el Responso.

Los dias en que no se ha de hacer Rogativa, segun lo mandado por el Cabildo, son los dias de primera clase, desde sus primeras Visperas. Los dias que hay Procesion, no la hay por la mañana, ni quando hay Misa de Cuerpo presente, Entierro de Señor Prebendado, ù Honras, y los dias que hay Misa de Cofradìa, y de Reyes, con memorias; y por la tarde se suspende tambien quando hay Estacion,

ù otrà qualquier Procesion.

La forma que se observa en estas Estaciones de Rogativas es la siguiente:

AEL Señor Semanero de horas, es à quien toca hacer oficio de Preste en estas Estaciones; y para estàr con tiempo en la Sacristìa alta, para tomar Amito de collar, y Capa, subirà con tiempo, esto es, por la mañana, no habiendo intermedia mientras cantan la Kalenda; y por la tarde en empezando el tercero Psalmo de Nona, dexando encomendado à otro Señor que finalice la hora, en el mis-

mo modo que se hace, quando en los Domingos ha de hacer el Asperges.

